



**R. P. Maximiliani Sandæi E Societ. Iesv Doct. Theol.
Paradisvs Amantium, Colentium, Imitantium Christvm
Crvcifixvm**

Sandaeus, Maximilianus

Coloniae, 1648

2. Morbi acutissimos dolores mitigat intuitu Crucifixi, vel oculari, vel
mentali.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55065](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55065)

plationi CRVCFIXI deditus, quod A-
QVILA, quando volunt aliqui rapere pullos
suos, alas super eos expandit, & eos prouocat
ad volandum. Sic & CHRISTVS in PAS-
SIONE, cum Diabolus raperet genus hu-
manum, expandit brachia sua, quasi alas
suas in CRUCE, ut inde peccata relinquen-
tes, altitudinem CRVCIS ascendant, ad
quam Diabolus attingere non praesumit,
quia ibi abscondita est fortitudo Domini.
Abacuc tertio, quā in aëre aëreas potesta-
tes debellauit.

Diabolus
rapax
miluus.

Sed torpidi peccatores in nido praua con-
uersationis torpentes super ramum CRVCIS
volare non appetunt; & propter hoc ab au-
cupe Diabolo rapiuntur in nido praua con-
uersationis. Vnde Diabolus signatus per
Assur dicit Isaia x. Detraxi quasi potens in
sublimi residentes, & inuenit quasi nidum
manus mea fortitudinem populorum.

Peccato-
res rapit
Diabolus.

a. Deuter. 22. 11. b. Richardus de S. Lauren-
tio libro 12. de laud. B. V. Particula 7. 5.
Aquila. Vide Sandaum in Opusculo A-
quila Mystica.

II.

AMATOR CRVCFIXI.

morbi acutissimos dolores mitigat intuitu

2.

Crucifixi, vel oculari, vel mentali.

Remedia

Hoc tandem consulebat, tanquam leniendi
A 2 opti. doloris.

4 CHRISTVS CRUCIFIXVS

*A Medi-
cis.*

*Quies in
lecto.*

*A Theolo-
gis.*

*Conside-
ratio se-
pulcri.*

*Conside-
ratio bene-
ficij agri-
tudinis.*

optimum, cum multa suggessisset do-
loris leniendi remedia, Religiosus ægri
consolator. Dicebat æger, dolore in-
terius ac exterius excruciatum. Tor-
queor mirum in modum. Respondebat
consolator: consulunt Medici, ut iaceas,
nec te lecto moueas: idem tibi
cōsulo, sed respectu alio. Illi te fomentis
adhibitis instaurare posse facilius opi-
nantur, dum ad locum dolentem nec
spiritus adeo confluunt, nec humores:
stanti confluere aut eunti. Ego te in
tuo lectulo compositum, quicquid de
salute corporeâ euenturum sit, sepositis
interea curis omnibus, tranquillo tantis-
per accubitu mitigatis doloribus an-
goribusque, de sepulcro aliquid cogi-
tare, qualiter ibi sis iaciturus, & præ-
sentis status tui conditionem meditari
velim, Mortemque ipsam, antequam veniat
tam familiarem tibi efficere, ut non
horreas venientem: Mors enim sola est,
quæ possit mortale corpusculum ab
omni ægitudine liberare.

Bonum consilium, inquit æger,
at quæ mihi inde consolatio? Suggere-
bat ergo illud consolator ex D. Grego-
rio: Admonendi sunt ægri, ut considerent,
quanti sit muneris molestia corporalis (siue
morbus) quæ & admissa peccata diluit, &

HONORATVS. §

qua admitti poterant, compefcit. Sapien-
tiffimè dixit Salomon: linor vulneris
abfterget mala. Iterum. Admonendi funt
agri, vt eo fe filios DEI fentiant, quo illos dif-
ciplina flagella caftigant. Nifi enim corre-
ctus hereditatem dare difponeret; erudire
eos per moleftias (morborum) non curaret.
Ided affliclus, & agri corporis feipfum sole-
at & dicat: Satis eft me amari, fatis eft
fperem effe fecuram, pereat corpus neceffariò
periturum, modò non pereat anima.

Morbus,
correctio
patris.

Verum, cum nec his nec fimilibus **Contum-**
moueretur ager, & idem idem repete- **platio**
ret: interim doloris mancipium ego **Crucifixus**
fum; confolator paulò vehementius ita
infoluit, digito in CRUCIFIXVM inten-
to: A te oculos in CHRISTVM CRUCI
adfixum flecte: aspice virum dolorum,
& icientem infirmitatem; Verè enim lan-
guores nostros ipfe tulit, & dolores nostros
ipfe portauit. b. Quis tali exemplo non
moueretur?

Legendi, Francifcus Petrarcha dialog. 95.
Stephanus Binettus in fchola agrorum,
Hieremias Drexelius in Gymnafio Pati-
entia, & Prodomo Æternitatis. San-
dæus in Theologia Medica lib. 2.
Comment. 18.

a. 3. Par. Pastoral. Admonit. 30.

b. Ifa. 53. 3.